



**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilman

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

16. Quomodo quid[am] Lutheranus, cum taurum furatus esset, liberatus
metu faci[en]dæ exomologesis, tandem alterum furatus, suspensus sit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

CRAR.
rit postrema
& absoluta
a conspectu
& in lucem

LIBER. VII.

739

historia belli Liuonici, quomodo quidam Lubetanus cum taurum furatus esset, liberatus metu facienda exomologesis, tandem alterum furatus, suspensus fit.

CAP. XVI.

Nciuitate Torpatensi circiter annum Domini 1555. Lutheranus quidam Ecclesiastes, virginis agricultor ad genua prouolutus habet, quod confessione facta sacramentali absolutione à peccatis exsoluere debebat. Mandat sicut omnes Deo confiteantur, solidum siue num mulum (quem confitentes parocho dare consuerant) altari imponere iubet, deinde etiam absolutionem promittit, penitentiam & satisfactionem commentum esse sufficientem, hanc neutiquam requiri. Erat autem inter confitentes quidam præ aliis simpli ingenio, qui domino suo iumentum furtus dederat. Hic absolutionem consecutus, dominum lætabundus reuertitar, gaudium ex felici confessionis successu conceptum, protinus uxoris sinum effundit. Metuebam, inquit, cum parochum confessurus accederem, te iubet abductum taurum restituere, aut gehennæ incendio me furtum luiturum miraretur: iam autem uno recepto solido, omnes mihi noxas ignouit. Nō multò post idem alium bouem furatur, & in ipso facinore deprehensus, fatetur neutiquam à se illud admisum fuisse, si nō tam facilem se præbuisset parochus.

740 COLLATION. SACRA.

rochus in delictis ignoscendis, eaque res plati-
mos ad grauissima facinora stimulabat, id-
eò ut summam in domestica familia perfidi-
am patresfamilias persentiscerent, ac tam ex-
tiales istius Euangelij fructus grauiter abo-
minarentur.

*Ex vita S. Bonifacii Archiepiscopi Maguicini, Ger-
manorum Apostoli & martyris, que habetur in to-
mis Laurentij Surij quinto lulis. Brevis historia
de Aldiberto heretico, de nequitia eius, & par-
modo circa confessionem sacramentalis* § 87
ferit.

C A P. XVII.

Aldibertus in primæua ætate hypocrita
fuit, dicens, quod sibi Angelus Domini
inspecie hominis de extremis finibus mundi,
miræ, & tamen incerte sanctitatis reliquias
attulerit, & exinde potuerit omnia, quæcun-
que poposcerit, à Deo impetrare. Hac ergo
simulatione, sicut Apostolus Paulus praedi-
xit, penetravit multorum domos, & capiens
duxit post se mulierculas oneratas peccatis,
quæ ducebantur varijs desiderijs, & mulier-
dinem rusticorum, dicentium, quod ipse esset
vir Apostolicæ sanctitatis. Præterea coadiu-
xit Episcopos indoctos, qui se contra prece-
pta canonum absolute ordinauerunt. Vnde
in tantam superbiam elatus est, ut se æquipa-
raret Apostolis Christi, & deditagnatus in ali-
cuius Apostolorū vel martyrum honore Eccliam